

## Band VIII., Nr. 2679, Seite 30-31

*Abt Kraft und Kapitel von Hirsau verkaufen um ihrer Schuldenlast willen an den Vogt Berthold Loethe von Bulach ihren Hof und andere Güter sowie ihre Leute zu Pfrondorf um 176 Pfund Heller unter Wahrung insbesondere des Rückkaufrechts innerhalb 3 Jahren.*

Calw, 1277. Mai 3.

In nomine domini. Amen. Omnibus hunc contextum indagantibus nos Crafft divina providentia abbas monasterii Hirsaugiensis cum toto ibidem capitulo declaramus publice profitentes, quod nos anno domini MCCLXXVII., festo inventionis sancte crucis, debitorum pondere fatigati pro nostri exoneratione quam plurimum utili Bertholdo advocato in Büloch dicto Lõthen<sup>a</sup> suisque heredibus curiam nostram in Phlundorf ac bona alia quecunque nostra ibidem, homines etiam nostros tunc in dicta villa residentes eorumque posteritatem cum omnibus dictorum bonorum attinentiis, exceptis tantum hominibus nostris illis, si qui forte aliunde post diem presignatum ad villam prefatam se transtulerint residendo, pro summa CLXXVI librarum Hallensium vendidimus libere universali<sup>b</sup> capituli de consensu, quia summam eandem nostro monasterio fructiferam satis recognovimus et salubrem. In huiusmodi tamen foro memoratus Lõtho advocatus ob divinam et nostri monasterii caritatem cautione nobis fideiussoria Bertholdum dictum Lûppen, Ber. de Schonenbrunne, Ber. dictum Meisener et Her. Wolfeshirn tradidit obligatos, ut quandocunque receptis fructibus unius anni de bonis eisdem nos infra triennium a termino prenotato bona ipsa nobis petierimus reemenda, prelibatus Ber(tholdus) Lõtho ac sui heredes eadem nobis non denegent, immo nostro monasterio sine contradictione omni pro eadem summa offerant libere penitus reemenda. Si vero triennio peracto non satagerimus bona eadem reemisse, advocatus Lõtho et sui heredes ipsa perpetuo iure proprietario pos[s]idebunt, exactiones sive stipendia et redditus tamen in bonis sepetactis et hominibus secundum antiqui iuris ordinem sub animarum suarum periculo petitori. Nichilominus H. dictus Vöseler cultor diutinus curie presignate et duo eiusdem filii curiam ipsam, sicut a monasterio Hirsaugiense hactenus possederunt, ab advocato Lõthone et suis heredibus de cetero iure simili possidebunt. Sane si forte de bonis sepefatis impetitionem ullam dictis Lõthoni seu eius heredibus quis movere temptaverit infra spatium anni unius, nos contra omnem hominem et universitatem in parte et in toto ubique promittimus de bonis

<sup>a</sup>Dieser Name ist bald mit *ou*, bald mit *oe* geschrieben.

<sup>b</sup>Wohl verschrieben für *universalis*.

## II

eisdem esse warandos et si quid damni vel expensarum ex hoc ipsos contigerit, nostrum debeat monasterium supportare. Sed cum predicti Lōtho scilicet et sui heredes in perpetuam bonorum antedictorum possessionem plenius ire voluerint, si quos redditus invenerimus ultiores in bonis presignatis, qui per summam prelibatam non fuerint persoluti, ita quod redditus unius libre decem librarum pretio sint soluti, evoluta prenotato triennio nobis integraliter persolvantur a predictis. In horum evidentiam et probationem securam utrumque sigillum nostrum tam abbatis quam conventus monasterii Hirsaugiensis presentibus est impensum. Testes horum sunt in conventu nostro: Vollandus prepositus in Al[p]ersbach<sup>1</sup>, Gotfridus prepositus in Rotha, C. prepositus in Burbach, Ruggerus quondam abbas, item Hermannus viceplebanus in Buloch, Fridericus viceplebanus in Wilperc, H. cappellanus dominarum in Rūthi, Tragelinus viceplebanus in Gilthelingen, C. dictus Willehelen, Trutwinus de Calwe laici et alii fide digni.<br> <br> Actum apud Calwe, die prescripto.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den ehemals an braunen Litzen angehängten drei Siegeln ist nur noch das zweite, des Abts von Hirsau, erhalten, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2166 (WUB, Bd. VII, S. 107).

---

<sup>1</sup>Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 338 ist zu lesen *Alersbach*, gemeint sei die Hirsauer Propstei Alsbach.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 517 U 346

**Editionen:**

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 50, Nr. 74.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Calw

**Ortsindex:**

Alpirsbach Wohnplatz (7194) <br> Alpirsbach, FDS <br> Alsbach, Alsbach-Hähnlein, DA <br> Bauerbach Wohnplatz (5293) <br> Bauerbach, Bretten, KA <br> Calw Wohnplatz (6981) <br> Calw, CW <br> Gültlingen Wohnplatz (6951) <br> Gültlingen, Wildberg, CW <br> Hirsau Wohnplatz (6984) <br> Hirsau, Calw, CW <br> Mönchsroth, AN <br> Neubulach Wohnplatz (6871) <br> Neubulach, CW <br> Pfrondorf Wohnplatz (6855) <br> Pfrondorf, Nagold, CW <br> Reuthin Wohnplatz (6957) <br> Reuthin, Wildberg, CW <br> Schönbronn Wohnplatz (6958) <br> Schönbronn, Wildberg, CW <br> Wildberg Wohnplatz (6963) <br> Wildberg, CW